

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

F. Laurentius Aufkrich ordinis praedicatorum, Ioanni Reuchlin LL. doctori

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

E P I S. I L L V S T. V I R O R V M A D

**E**GREGIE domine Doctor amice charissime, Habeo tuæ reuerentiæ ingentes gratias pro diligentia ac labore in causa nostra. Remitto latorem præsentium F. Paulum qui rursus cõsilio & auxilio tuo indigebit. Nos in huiusmodi causis practicam non habemus. Inuitus contendo, sed neq; confusioe prouincia ac Ordinis libenter uiderem, possem uero optime pati cum pace & honore omnia terminata esse. Quod tuo cõsilio atq; opera spe ro omnino posse fieri. Frater Paulus plura dicit cui fidem habebis, ego adhuc febribus fatigor. Tu uero uale q̄optime. Ex Vlma xvi. calend. Maii. M. D. IIII.

F. Laurentius Aufkirch ordinis Prædicatorum,  
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

**A**LLELVIA cum salute. Egregie & charissime Doctor, immortales gratias agimus infirmi, Petrus & Laurentius uere ambo tui, q̄a partes nostras & uices fidelissime egisti, cõsiliis & auxiliis, cum Paulus tecum esset. Vale ergo sanus, cum honesta tua conthorali in æuum. Dat. Vlma M. D. IIII. Lator dicit reliqua.

F. Laurentius Aufkirch Prouincialis ordinis Prædic.  
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

**¶** A V E, Salue, Gaude, Vale, cum conthorali tua optime ac fidelissime amice.

F. Vigandus Theologiae professor ordinis Prædicatorum Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. P.  
& se commendat.

**T**ANTA sunt tuæ dignationis obsequiorumq; in ordine Dominici beneficia, Ioannes uir dignissime, ut merito oēs tibi eiusdem religionis homines, perpetuos cõstitueris debitores. Sed quid præstaret aut retribueret medicus? Plane nihil nisi quod tu forsitan haud parum arbitraris, Deo Opt. Max. orando sacrificandoq; apprime te ipsam commendare. Itaq; certum scito, dum benefactores recensentur, nunq̄ te præmittendum fore. At quoniam ad id loci, te perduxit ad nos benignitas tua ut nostris remediari periculis tibi iustissimum uideatur, hac tempesta te cum nisi tua succurrisset docta prudentissimaq; solertia, res no